basilides & marcialis implicat tenentur frustra tales episcopatu sibi usur-
pare conantur cu manifestius sint eius modi homines nec ecclesie xpi posse ep̄ ee nec
dosa crificia offerre debere; maxime cu lampridem nobiscu & cu omnibus
omnino episcopis in toto mundo constitutis & cu cornelius collega noster sacer
dos pacificus ac iustus & martyrio quoque dignatione dm̄ honoratus decre-
uerit eius modi homines ad penitentia quidē agenda posse admitti ab ordinatio
ne autē cleri atque sacerdotali honore prohiberi; Nec uos moueat fratres dilec
tissimi apud quos dī innocuissimis ceporibus aut lubricafides nitat aut di timor
in religiosis uigilat aut pacifica concordia non perseuerat p̄ nuntiata sunt hec
futura in seculi fine & dni uoce atque apostolorū contestatione p̄dictū est
deficiente iam mundo atque adpinquante antichristo bona quoque deficere
mala uero & aduersa p̄ficere; Non ficta men quia uis nouissimis ceporibus
in ecclesia dī aut euangelicus uigor cecidit aut cristiane uirtutis aut fidei
robor elanguit ut non super sit porro sacerdotū qui minime ad has rerū
ruinas & fide naufragia subcū bat sed fortis & stabilis honore diuine maiesta
tis & sacerdotali dignitate plena timoris obseruatione tueatur;
Meminimus & tenemus subcū bentibus licet & cedentibus ceteris martyrii
anlegem dī uindicasse fortiter; Helian iudeis deficientibus atque
religione diuina recedentibus stetisse & certasse sublimiter, daniele nec so
litudine religionis aliene nec p̄secutionis adsidue infestatione deterritum
frequenter ac fortiter gloriose dicisse martyria' tres tē pueros nec armis nec
minis fractos contra ignes babilonios fideliter obstitisse & victore regem ir
ipsa sua capitate iussisse. Viderit uel p̄uaricatorū numerus uel prodictorum quinunc in ecclesia contra
ecclesiā surgere & fide parte acuertate labefacta receperunt p̄manet apud
plurimos sinceramen & religio integra & nonnisi dno & do suo animadeuota
nec cristiana fide aliena perfidia deprimit ad ruina sed magis excitat & ex
altat ad gloria secundum quod beatus apostolus hortatur & dicit; Romanis 3
Quid enī si ex ciderint a fide quidē eorū nū quid infidelitas illorū fide dī euacuā
bit absit est enī dī uerax omnis autē homo mendax; sicut omnis homo mendax

Österreichische Nationalbibliothek
Digitale Services
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Österreichische Nationalbibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Österreichische Nationalbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/onb_cod962/0186